



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris. Libri Qvinque

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

LXXXVI. Adiutoris manus restituitur ab S. Ignatio viuento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

Quam patrem, nocte insequenti spectabilem sese illi exhibuit, in eo cubi-
culi latere in quod conuersus orauerat. Adstabant illi sex de Societate, ha-
bitu erat yftrato, cum superiori veste, & baccillo, vt viuenti mos fuit,
accessit ad lectulum propius, & perinde vt coruos, & canes a cadauere abi-
geret, ita circum scipionem agebat; inde paulum recedens, blando illum,
& perquam beneuolo aspectu dignabatur. Accessit & de sociis alius, ex quo
ager (quem sensus recuperata sanitatis, alacrem fecerat) interrogauit, an
possent & ipsi tantundem prestare, ad qua ille subridens, prehensum
humeris, a dextro in laeuum conuertit, stragulisque compositis innuit vt
dormiret. Tunc vero alte in placidum, & multarum horarum depressus som-
num, cum euigilasset, ita confanisse se comperit, vt die eodem lecto exi-
liret, & solita cum aliis ministeria obiret.

Hoc inter superos beatus, suum hunc filium beneficio affecit sanctus
pater, hunc vero qui sequitur, superstes adhuc, eundemque in finem. Co-
quum Romae agebat in domo professa Ioannes Baptista, sanctae vir humi-
litis & sui egregius domitor: hic ministerij opportunitate ad contem-
plandum aequae vt ad laborem vsus, ex illo quem tractabat igne, illos per-
pendere discebat damnatorum ignes sempiternos, vnaque lethalis inma-
nitatem culpa, quae tam atrocis commereretur poenas; his cogitationibus
immersus, & vitae in seculo actae horrore, extra fas in sui odium magno
impetu raptus, manum iniecit flammis ardentibus, totamque adussit, odo-
ris graeolentia ministrum domus illac fortuito transeuntem aduertit, cu-
linam ingreditur, causam rogat, cruciamenti violentia extorquente inuito
lacrymas, manum profert ambustam, sui que iam errati conscius veniam
de genibus petit. Defertur ea res ad sanctum patrem, spargitur tota domo,
damnant multi, & censent dimitti oportere, qui se suapte insipientia pror-
sus inutilem Societati effecisset. At perspicacior sancti mens, censuit gra-
tia quam poena digniorem. Bonam noctis partem pro illo precibus impen-
dit, exorauitque quod petebat adeo cumulate, vt postridie fratris ma-
nus comparuerit sana, integra, vegeta, & qualis antequam vire-
rerur.

Princeps Itala, Serenissima ex domo postridie Calendas Nouembris an-
no 1605. deprehensa est possideri a daemone: sesquiannum eam tenuerat.
ignotis occupata morbis quos in atram bilem medici referebant; nam
hebdomadas, & menses iacbat amens, immobilis, elinguis, etiam ad in-
terrogata, nec videbatur nosse adeuntes. Multos dies aut cibum respuebat,
aut expuebat, ore tenuis admissum, exsucca, exanguis, instatque cadaue-
ris, accedentes tamen inuadebat furens, se ipsam quoque nisi cura custodum
obstitisset in praecipua datura, & conscisura vulneribus. Suspicati sunt ergo me-
dici fascinum, qui morbus credebatur; cum obseruassent suo omni labore, cru-
ciatus agrotae in cassum augeri, corpusque adeo defectu vix posse naturae vi-
ribus animam retinere, parenti duci suspicionem suam aperiunt: adhibetur e-
nostris Sacerdos qui exorcismos in daemone torqueat interposito S. Ignatij

LXXXVI.

*Adiutoru
manus resti-
ruitur ab S.
Ignatio vi-
uente.*

LXXXVII.

*Arreptitia a
daemone
liberata.*